

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Iustini Historiae Philippicae

Iustinus, Marcus Iunianus

Lipsiae, 1830

Liber XXVIII

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-5322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-5322)

## LIBER XXVIII.

## BREVIARIUM CAPITUM.

1. Olympias, Alexandri Epirotae vidua, Demetrio Macedoni Phthiam filiam dat uxorem: unde tragoedia et bellorum initia.
2. Aetoli superbe respondent Romanis, qui Acarnanibus auxilium praebebant, et arma movent intrepide.
3. Filiis duobus morbo sublati Olympias non diu supervivit. Laodamia filia interfecta. Epirus graviter affligitur. Demetrius Macedo moritur. Huius filii Philippi Antigonus tutelam suscipit, quam prudenter administrat.
4. Bellum Antigoni adversus Spartanos: quorum rex Cleomenes, viribus attritis, in Aegyptum profugit, ubi interficitur. Antigono mortuo, Philippus regnat.

## CAPUT I.

**O**LYMPIAS, Pyrrhi Epirotae regis filia, amisso marito, 1 eodemque germano fratre, Alexandro, quum tutelam filiorum ex eo susceptorum, Pyrrhi et Ptolemaei, regni-  
que administrationem in se recepisset, Aetolis partem Acarnaniae, quam in portionem belli pater pupillorum acceperat, eripere volentibus, ad regem Macedoniae De-  
metrium decurrit; eique, habenti uxorem Antiochi regis 2 Syriae sororem, filiam suam Phthiam in matrimonium tra-  
dit: ut auxilium, quod misericordia non poterat, iure cognationis obtineret. Fiunt igitur nuptiae, quibus et novi 3  
matrimonii gratia acquiritur, et veteris offensa contrahitur. Nam prior uxor, velut matrimonio pulsa, sponte sua ad 4  
fratrem Antiochum discedit, eumque in mariti bellum impellit. Acarnanes quoque diffusi Epirotis, adversus Aeto- 5  
los auxilium Romanorum implorantes, obtinuerunt a Romano senatu, ut legati mitterentur, qui denuntiarent Aetolis, *praesidia ab urbibus Acarnaniae deducerent*; 6  
*paterenturque esse liberos, qui soli quondam adversus*

*Troianos; auctores originis suae, auxilia Graecis non miserint.*

- 1 CAP. II. Sed Aetoli legationem Romanorum superbe  
 2 audivere; Poenos illis et Gallos, a quibus tot bellis occi-  
 3 dione caesi sint, exprobrantes; dicentesque, prius illis  
 4 portas adversus Carthaginienses aperiendas, quas clau-  
 5 serit metus Punici belli, quam in Graeciam arma trans-  
 ferenda. Meminisse deinde iubent, qui quibus minen-  
 tur. Adversus Gallos urbem eos suam tueri non po-  
 tuisse; captamque non ferro defendisse, sed auro re-  
 demisse: quam gentem se aliquanto maiore manu Grae-

Lib. XXVIII.

CAP. II. §. 2. *adversus Carthaginienses.* Scheffer wollte diese beiden Wörter streichen; und allerdings scheinen dieselben auf den ersten Anblick ganz unpassend zu seyn. Indess darf nichts geändert werden; Justin will sagen: Die Römer sollten zuerst ihre Thore öffnen, um gegen die Carthager zu marschiren.

*quas clausurit metus.* Das Abstractum für das Concretum. Liv. VII, 15, 7: *Eorum, quos pavor pertulerat in silvas, atrox caedes post sedatum proelium fuit.* Vergl. die Anmerk. zu XXXII, 2, 2.

§. 3. *qui quibus minentur.* Man bemerke diese Zusammenstellung der Relativen, welche unserer Sprache abgeht. Es findet hier eigentlich eine Zusammenziehung zweier Sätze statt: *qui minentur et quibus minentur.* So Cic. p. Rosc. Com. 7, 20: *Quamobrem etiam atque etiam considera, C. Piso, quis quem fraudasse dicatur.* Auct. ad Her. I, 2: *Dipositio demonstrat, quid quibus in locis sit collocandum.* Quintil. Inst. VII, 2, extr.: *Quaerendum tamen semper, quid cui connectatur.* Virg. Aen. IV, 371: *Quae quibus anteferam?* Quint. Inst. I, 6, 16: *notatum in sermone, quid quo modo caderet,* wo die Handschriften grösstentheils *quoque* lesen. Ist letzteres die ursprüngliche Lesart, so ist *que* soviel als *et* und der Satz so aufzulösen: *quid et quo modo*; wie andere Beispiele bei Quintilian zeigen; vergl. X, 7, 6: *Quid quoque loco quaerant, scient.* VII, c. 1: *est dispiciendum, quid quoque loco diluat.* Es wird nämlich auch oft in diesen Sätzen die Copula eingeschoben, was namentlich hinsichts des Sallust von Corte zu Cat. 23, 4: *quae quoque modo audierat, compluribus narravit,* bemerkt wird; wiewohl an dieser Stelle *quoque* wohl richtiger als Ablativ von *quisque* d. i. *quocunque*, nach Herzog genommen wird. Vergl. Liv. XXIII, 34: *Quum quaereret, qui et unde et quo tenderet cursum.* Caes. B. G. I, 43: *quae senatusconsulta, quoties quamque honorifica in eos facta essent.* S. besonders Corte zu Plin. Ep. VI, 24; desselben Gelehrten sechsten Excurs zu Sall. Cat. c. 47, 1. p. 402. und Heusinger zu Corn. Att. 18, 3.

ciam ingressam, non solum nullis externis viribus, sed ne domesticis quidem totis adiutos, universam delesse, sedemque sepulcris eorum prae-buisse, quam illi urbi-bus imperioque suo proposuerant. Contra, Italiam, 6 trepidis ex recenti urbis suae incendio Romanis, uni-versam ferme a Gallis occupatam. Prius igitur illis 7 Gallos Italia pellendos, quam minentur Aetolis: prius-que sua defendenda, quam aliena appetenda. Quos 8 autem homines Romanos esse? nempe pastores, qui la-trocinio iustis dominis ademptum solum teneant: qui 9 uxores, quum propter originis dehonestamenta non in-venirent, vi publica rapuerint: qui denique urbem ipsam 10 parricidio condiderint, murorumque fundamenta fra-terno sanguine adperserint. Aetolos autem principes 11 Graeciae semper fuisse; et sicut dignitate, ita et vir-tute ceteris praestitisse: solos denique esse, qui Mace-12 donas, imperio terrarum florentes, semper contempse-rint; qui Philippum regem non timuerint; qui Alexan-dri Magni post Persas Indosque devictos, quum omnes nomen eius horrerent, edicta spreverint. Monere igitur 13 se Romanos, contenti sint fortuna praesenti, nec provöcent arma, quibus et Gallos caesos, et Macedo-nas contemptos videant. Sic dimissa legatione Romano-14 rum, ne fortius locuti, quam fecisse viderentur, fines Epiri regni et Acarnaniae depopulantur.

CAP. III. Iam Olympias filiis regna tradiderat; et in 1 locum Pyrrhi fratris defuncti Ptolemaeus successerat: qui 2 quum hostibus instructo exercitu obvius processisset, infir-mitate correptus in itinere decedit. Olympias quoque 3 [non magno post tempore], gemino funerum vulnere af-flicta, aegrum spiritum trahens, non diu filiis supervixit.

CAP. III. §. 3. [non magno post tempore.] Ich habe diese Worte eingeklammert, weil sie hier ganz unpassend wegen des folgenden *non diu* stehen. Auch fehlen dieselben in elf Handschriften. Vielleicht ist Mehreres hier ausgefallen.

*aegrum spiritum trahens.* Ein signifikanter Ausdruck des krankhaf-ten, hinsterbenden Lebens. *Phaedr.* I, 21, 4: *Leo quum iaceret spi-ritum extremum trahens.* *Colum.* VII, 9: *Cum quodam impedi-mento tractus spiritus.*

4 Quum ex gente regis sola Nereis virgo cum Laudamia so-  
 5 rore superesset, Nereis nubit Geloni, Siciliae regis filio:  
 6 Laudamia autem, quum in aram Dianae confugisset, con-  
 7 cursu populi interficitur. Quod facinus Dii immortales  
 8 assiduis cladibus gentis, et prope interitu totius populi,  
 9 vindicaverunt. Nam sterilitatem famemque passi, et in-  
 10 testina discordia vexati, externis ad postremum bellis pae-  
 11 ne consumpti sunt: Miloque, Laudamiae percussor, in  
 12 furem versus, nunc ferro, nunc saxo, in summa denti-  
 13 bus laceratis visceribus, duodecima die interiit. His in  
 14 Epiro gestis, interim in Macedonia Demetrius rex, relicto  
 15 filio Philippo, parvulo admodum, decedit: cui Antigo-  
 16 nus tutor datus, accepta in matrimonium matre pupilli, re-  
 17 gem se constitui laborabat. Interiecto deinde tempore,  
 18 quum seditione minaci Macedonum clausus in regia tene-  
 19 retur, in publicum sine satellitibus procedit; proiectoque  
 20 in vulgus diademate ac purpura, *dare haec eos alteri iu-  
 21 bet, qui aut imperare illis nesciat, aut cui parere ipsi  
 22 sciant: se adhuc invidiosum illud regnum, non volu-  
 23 ptatibus, sed laboribus ac periculis sentire.* Comme-  
 24 morat deinde beneficia sua: *ut defectionem sociorum vin-*

§. 4. *Laudamia.* So habe ich auch hier, und im Folgenden statt *Laodamia* nach Handschriften drucken lassen, wie XIII, 4, 12 *Laumedon*, wo die Anmerkung nachzusehen ist.

§. 12. *imperare illis nesciat.* Wenn man hier mit einigen Herausgebern *sciat* lesen wollte, so würde nicht allein der richtige Gegensatz verschwinden, sondern auch Antigonus etwas sagen, was er gewiss nicht sagen wollte, oder er würde dann wenigstens ein *melius* vor *sciat* eingeschoben haben. Auch widerspricht dieser Ansicht alles Folgende. Der Gegensatz liegt aber nicht in *imperare* und *parere*, sondern in *nesciat* und *sciat*; und Antigonus will sagen, wie dies deutlich das Folgende, *regem quaerant*, cui imperent zeigt. Sie sollten sich einen König wählen, und zwar einen solchen, der sich von ihnen beherrschen, oder von dem sie sich beherrschen liessen. Er habe seine Pflicht erfüllt und sich als Regenten gezeigt etc. Und nun zählt er seine Verdienste auf, welche ihn als solchen charakterisirten. Wenn ihnen aber, fährt er fort, ein solcher König nicht gefiele, so verlangten sie offenbar einen schwachen, ohnmächtigen Mann, und den möchten sie sich sodann suchen. — Deshalb habe ich auch im Folgenden die Lesart der meisten Handschriften, *quia regem quaerant*, statt *ipsi regem quaerant* etc. vorgezogen.

*dicaverit; ut Dardanos, Thessalosque exsultantes morte Demetrii regis compescuerit; ut denique dignitatem Macedonum non solum defenderit, verum etiam auxerit. Quo-  
rum si illos poeniteat, deponere se imperium, et reddere illis munus suum: quia regem quaerant, cui imperent. Cum  
populus pudore motus recipere eum regnum iuberet, tamdiu recusavit, quoad seditionis auctores supplicio traderentur.*

CAP. IV. Post haec bellum Spartanis infert, qui soli 1  
Philippi Alexandrique bellis, et imperium Macedonum, 2  
et omnibus metuenda arma contempserant. Inter duas nobilissimas gentes bellum summis utrimque viribus fuit, quum 3  
hi pro vetere Macedonum gloria, illi non solum pro illibata libertate, sed etiam pro salute certarent. Victi Lacedaemonii non ipsi tantum, sed etiam coniuges liberique 4  
magno animo fortunam tulere. Nemo quippe in acie saluti pepercit: nulla amissum coniugem flevit: filiorum mortem senes laudabant: patribus in acie caesis filii gratulabantur: suam vicem omnes dolebant, quod non et ipsi pro patriae libertate occidissent. Patentibus omnes domibus saucios 5  
excipiebant, vulnera curabant, lassos reficiebant. Inter 6  
haec nullus in urbe strepitus, nulla trepidatio: magis omnes publicam, quam privatam fortunam lugebant. Inter haec 7  
Cleomenes rex post multas hostium caedes, toto corpore, suo pariter et hostium cruore madens supervenit; ingres- 8

CAP. IV. §. 4. *quod non et ipsi.* Ich habe nach mehreren der bessern Handschriften ein *et vor ipsi* eingeschoben, wie auch schon *Abr. Gronov* gethan hatte. Die Spartaner bedauern es nicht sowohl, dass sie nicht anstatt der Gefallenen in der Schlacht geblieben, als vielmehr, dass sie nicht ebenfalls mit denselben gefallen sind.

§. 7. *suo pariter et hostium.* *Burmann* zu *Ovid. Met. VI, 142* hält unsere Stelle für verdorben, weil nach der Erzählung des *Iustin* *Cleomenes* nicht verwundet gewesen zu seyn scheine; und, wenn dies der Fall gewesen wäre, schwerlich als ein *toto corpore suo cruore madens* die Stadt hätte erreichen und noch weniger eine lange Zeit aufrecht stehen können. Er vermuthet daher, dass *suorum* statt *suo* gelesen werden müsse, indem er vergleicht *Curt. V, 4: Ariobarzanes per mediam aciem Macedonum cum multo suorum atque hostium sanguine erupit.* Allein die beigebrachten Gründe reichen wohl nicht hin, die Stelle zu ändern; man muss nur nicht die Schilderung des *Iustin* im strengsten Sinne nehmen. Zur Rechtfertigung können die Stellen

susque urbem non humi consedit, non cibum aut potum  
 9 poposcit, non denique armorum onus deposuit: sed accl-  
 nis parieti, quum quatuor millia sola ex pugna superfuisse  
 conspexisset, hortatur, *ut se ad meliora reipublicae tem-*  
 10 *pora reservarent.* Tum cum coniuge et liberis Aegyptum  
 ad Ptolemaeum proficiscitur: a quo honorifice susceptus,  
 11 diu in summa dignatione regis vixit. Postremo post Pto-  
 lemaei mortem a filio eius cum omni familia interficitur.  
 12 Antigonus autem, caesis occidione Spartanis, fortunam  
 tantae urbis miseratus, a direptione milites prohibuit, ve-  
 13 niamque his, qui superfuerant, dedit, praefatus, *bellum*  
*se cum Cleomene, non cum Spartanis habuisse, cuius*  
 14 *fuga omnis ira [eius] finita sit: nec minori sibi gloriae*  
*fore, si ab eo servata Lacedaemon, a quo solo capta*  
 15 *sit, proderetur.* Parcere igitur se solo urbis ac tectis,  
 quoniam homines, quibus parceret, non superfuissent.  
 16 Nec multo post ipse decedit, regnumque Philippo pu-  
 pillo, annos quatuordecim nato, tradidit.

dienen, welche jener Gelehrte selbst beigebracht hat. Curt. IV, 6, 25:  
*Betis non segnius proelium capessebat, lubricis armis suo pariter at-*  
*que hostium sanguine.* Sil. Ital. IV, 425:

*Iamque suo, iamque hostili perfusa cruore.*  
*Membra madent.*

§. 10. *in summa dignatione.* Dignatio steht nicht selten für digni-  
 tas, und so haben es auch einige Ausleger an unserer Stelle nehmen  
 wollen. Richtiger scheint es indess hier durch *gratia, favor* erklärt zu  
 werden. Sueton. Calig. c. 24: *Reliquas sorores nec cupiditate tanta nec*  
*dignatione dilexit.* Galba c. 7: *tantae dignationis est habitus,*  
*ut, quum subita ei valetudo neque adeo gravis incidisset, dilatus sit expe-*  
*ditionis Britannicae dies.* Vergl. Casaubon, zu Suet. Caes. c. 4. und Dra-  
 kenb. zu Liv. II, 16, 5.

§. 11. *cum omni familia.* Unter familia ist nicht immer das Ge-  
 sinde zu verstehen, sondern auch oft das Geschlecht, Familie in un-  
 serem Sinne. So XIX, 2, 5: *Quum familia tanta imperatorum gravis*  
*liberae civitati esset.* Corn. Nep. Timoth. 4, 1: *eisdem (muros) nepos*  
*cum summa ignominia familiae ex re sua familiari rescire coactus est.*  
 Vergl. Herzog zu Caes. B. G. I, 4. p. 21.

§. 13. *ira [eius].* Ich habe *eius* in Haken eingeschlossen, da es in  
 fünf Handschriften fehlt. Wohl steht das Pronomen *is* häufig, wo wir  
 nach unsern gewöhnlichen grammatischen Regeln das Reciprocum ver-  
 langen würden; allein an unserer Stelle ist es doch zu auffällig. Vergl.  
 die Anmerk. zu XII, 15, 3.